

/ Clarissime Domine, Accepi litteras tuas cum opusculo meo a te per quam diligentissime excuso, et insigni indiculo ornato, illo ipso die, quo Romae absoluta est opusculi ejusdem editio, id est die septimo Aprilis. Nam, ut in superioribus literis meis significavi, ⁵expectaveram usque ad primam hebdomadam Martii praedictum opusculum ut hic Romae illud recudendo desideria multorum satisfacerem. Ago gratias, et simul significo, sine ullo privilegio, ut promiseram, libellum hic Romae esse editum, et non in magno numero exemplarium. Proinde si per aurigam miseris alia exempla facile in commodum tu-
¹⁰um distraherentur. Pro libris quos promittis Domini Francisci Lucae, P. Lessii, vitae S/cti Augustini, et Missalis anticipatas gratias ago. Pro pia parente vestra, quamvis sperem eam suffragiis non indigere, tamen propitiatorium sacrificium offerre Domino non omit-
tam. ~~M~~ His ut bene valeas, et prospere in omnibus agas Dominum De-
¹⁵um nostrum orare non desinam. Datum Romae die 8 Aprilis 1616.

Clariss/ae D.T.

Amicus ex animo

Robertus Card/lis Bellarminus.

D. Balthassari Moreto.

²⁰(adresse): Clariss/o D'no D'no Balthassari Moreto Typographo Antver-
pien. Antverpian. (cachet)

Anvers. Musée Plantin. Ontvangen Brieven LXXVI f.593. signat.autog.